Noverint universi quod nos Antonius Font alias Perettal, Petrus Tou, Bartholomeus Roig loci de Maria et Stephanus Bonet loci de Hiro anno presenti iurati presentis ville Sancte Margarite habentes ad infrascripta et alia peragenda plenam
potestatem mediante consilii determinatione celebrati in presenti villa in loco assueto sub die   mensis   gratis et ex nostra certa scientia ad bene videlicet meliorandum culturandum et in aliquo non deteriorandum
damusque stabilimus et in emphiteosim perpetuam concedimus cedimus et tradimus vobis magistro Joanni Segui sartori naturali ville de Sineu nunc vero in presenti villa Sancte Margarite habitatori et vestris duas quarteriatas
terre franchas de cens. de pertinentiis possessionis de Alcudiola que fuit Joannis Moiño dicti de Alcudiola per nos empte per curiam mag.ci Petri Raymundi Çaforteza domicelli de Maioricis in civitate Maioricarum sub die decima octava
mensis novembris anno a nat. domini millesimo quingentesimo nonagesimo primo proxime preteriti sitas in termino presentis ville Sancte Margarite tente sub alodio directo dominio et iurisdictione caballarie de
Alcudiola dicti magnifici Petri Raymundi Çaforteza ad prestationem fatice decem dierum et ad mercedem de laudimio et ad vicesimum de decimo ex omnibus expletis in dicta possessione colligendis. Et affrontantur dicte
due quarteriate terre quas vobis stabilimus franchas de cens. ex una parte cum terris Joannis Moiño dierum minoris sequia et camino populatorum mediante quas intendimus esse comprehensas in empt[...] per
nos facta dicta possessione et ex alia parte cum terris Joannis Moiño per nos presenti die illi stabilitis et ex alia parte cum sorte terre que fuit stabilita per dictum Joannem Moiño Raphaeli [...] quas intendimus
etiam et pretendimus comprehensam esse in emptione per nos de dicta possessione facta et cum terris Antonii Vey. Predictas itaque duas quarteriatas terre prout superius affrontantur includuntur et termi-
nantur cum omnibus integritatibus proprietatibus terminis tenedonibus pertinentiis introhitibus et exhitibus suis Et generaliter cum omnibus aliis universis et singulis iuribus ad hoc stabilimentum pertinentibus
et spectantibus vobis dicto Joanni Segui sartori et vestris stabilimus ut superius dictum est sub tali tamen pacto et conditione quod proventu et melioramento inde exeuntibus detis et solvatis vos et vestri nobis et
nostris in dicta iuraria successoribus a die tertia mensis decembris proxime preteriti ad unum annum et ab inde anno quolibet dicta die quatuor libras monete Maioricarum cens. et rend. allatas solutas positas et
portatas intus presentem villam Sancte Margarite quas possitis luere redimere et quitare in duabus equalibus quitationibus pro quinquaginta libris franchis et quitiis et ex pacto inter nos convento non possitis
derelinquere reddere deserere nec desemparare dictas duas quarteriatas terre quin prius redimeritis vos seu vestri nobis et nostris quartam partem dicti cens. videlicet viginti solidos cens. de numero dictarum quatuor
librarum cens. pro duodecim libris et decem solidis monete Maioricarum franchis et quitiis nobis et nostris In hiis vero non proclametis neque eligatis vos seu vestri alium dominium seu dominos nisi tantum dictum mag.cum allodiarium
et suos in suo iure alodiali ac decimo et nos et nostros in predicto nostro cens. liceatque vobis et vestris post dies decem ex quo seu quibus fatigati fueritis presentium acquisitionem vestram unacum omnibus meliora-
mentis et augmentis ibidem factis et de cetero faciendis dare vendere stabilire impignerare et aliter alienare indeque facere de predictis duabus quarteriatis terre quas vobis stabilimus
vestras et vestrorum omnimodas voluntates. Salvo tamen semper in predictis iure directo allodiali domino laudimio et fatica ac decimo predicto dicti magnifici Petri Raymundi Çaforteza et suorum ac Scribania publica Illus.
salvisque etiam nobis et nostris dictis quatuor libris cens. Promittentes et bona fide convenientes vobis et vestris quod predictas duas quarteriatas terre quas vobis stabilimus faciemus vos et vestros et quos volueritis semper
facere habere tenere et in sana pace perpetuo possidere et defendere pacifice et quiete contra omnes personas. Et tenemur inde vobis et vestris firmiterque teneri promittimus de firma et legali evictione et de omni
damno ac etiam interesse litis et expensis etiam et obligare. Pro quibus omnibus et singulis supradictis sic complendis tenendis et inviolabiliter observandis obligamus vobis et vestris omnia et singula bona
dicte universitatis dicte ville et singularium eiusdem mobilia et immobilia presentia et futura Renuntiantes quantum ad hec libelli oblationi acordio unius dei firme iuris dationi copie ex
ad decem dies et spatio quadrimestri Maioricis concesso bona mobilia non habentibus pro bonis immobilibus subhastandis et vendendis feriisque messium et vindemiarum dilationibus Et foro nostro
proprio et privilegio eiusdem submittentes nos et omnia bona dicte universitatis et singularium eiusdem foro et iurisdictioni mag.ci iudicis caballariarum dicti mag.ci Petri Raymundi Çaforteza
et illius curie apud quem seu quam promittimus ius facere et subire illius iurisdictione in nos porrogando et consentiendo Pro intrata vero huius stabilimenti confitemur et in veritate recognoscimus
habuisse et recepisse quinque solidos monete Maioricarum. Unde renuntiantes exceptioni dicte pecunie non numerate non habite et non recepte rei quod sic non geste et doli mali actionique in factum. Et ad hec
presens ego iamdictus Joannes Segui sartor acquisitor predictus et dictum stabilimentum de dictis duabus quarteriatis terre cum pactis et conditionibus supradictis acceptans promitto dictas duas
quarteriatas terre bene meliorare culturare et in aliquo non deteriorare dictasque quatuor libras cens. anno quolibet dicta die vobis et vestris allatas intus presentem villam S.te Margarite
solvere dictasque duas quarteriatas terre non desemparare derelinquere reddere seu deserere nisi prius redempta quarta parte dictarum quatuor librarum cens. pro dictis duodecim libris et decem
solidis monete Maioricarum franchis et quitiis ceteraque omnia et singula firme attendenda attendere servare et complere Pro quibus omnibus et singulis supradictis sic complendis tenendis et inviola-
biliter observandis obligo vobis et vestris omnia et singula bona mea presentia et futura Renuntians quantum ad hec libelli oblationi acordio unius dei firme iuris dationi copie et
ad decem dies et spatio quadrimestri Maioricis concesso bona mobilia non habentibus pro bonis immobilibus subhastandis et vendendis feriisque messium et vindemiarum dilationibus Et foro meo
proprio et privilegio eiusdem submittens me et omnia bona mea foro districtui et iurisdictioni mag.ci iudicis dicte caballarie et illius curie in posse cuius promitto ius facere pro premissis
illius iurisdictionem in me porrogando et consentiendo Quod fuit actum in villa S.te Margarite insule Maioricarum. Die quarta mensis aprilis anno a nat.te Domini millesimo quingentesimo nona-
gesimo secundo Sig+na+ nostra Ant.i Font alias Perettal, Petri Tou, Barth.i Roig et Stephani Bonet iuratorum stabilitorum Sig+num meum Joannis Segui sartoris acquisitoris predictorum
qui hec laudamus concedimus et firmamus

Testes in quorum presentia dicti honor. iurati firmarunt dempto dicto Barth.o Roig sunt Antonius Rebassa et Franciscus Font Homenas dicte ville S.te Margarite testes vero firme dicti
Joannis Segui qui firmavit dicta die sunt dis. Petrus Servera scriptor Maioricarum et Bernardinus Maten cultor presentis ville S.te Margarite et testes firme dicti iurati Barth.i
Roig qui firmavit dicta die sunt Antonius Rebassa Sancte Margarite et Petrus Servera scriptor Maioricarum —:

penes me Andrea Carelles nott.

86
PGR6-086

[illegible] 84

Alcudiola

86

No. 44